

S. G R E G O R I I
N A Z I A N Z E N I
T H E O L O G I
O R A T I O N E S
T R E S,


Apologeticus, De amore erga Pauperes, &
In Natalem diem Saluatoris nostri.

A Julio Gabrielio Eugubino Latine redditæ.
Eiusdem in easdem Scholia.

Emendationes in omnia, qua Gracè extant, ipsius
Theologi scripta, ex multis vetustissimis, ac
probatissimis exemplaribus eruta.

Reliqua sequens pagina indicabit.

num. 5. cap. 8. num. 35.



A N T V E R P I A E
Excudebat Christophorus Plantinus,
Prototypographus Regius.

M. D. LXXXII.

Coll. Soc. I. gsv Salm. ex dono Regum.

ANTONIO³
CARAFÆ CAR-
DINALI AMPLISSIMO
Julius Gabrielius S. P. D.



E t v s institutum,
quod ad hanc diem te-
nui, quoties volui ali-
quid à me elaboratum
emittere, ut scilicet il-
lud principi cuiquam viro dicarem,
id ipsum mihi in hoc paulò maio-
rum vigiliarum munere edendo cò
minus prætermittendum duxi, quò
magis verebar, non defuturos, qui
consilium meum reprehenderent,
vel quòd in facris litteris non ita
diu versatus, ausus fuerim, Theo-
logum adeò grauem, atque diffici-
lem omnino attingere, vel quòd ea
è Græco in Latinum verterim, quæ

A 2 à plu-

L E C T O R I
I V L I V S G A B R I E-
L I V S S. D.



O ST Q V A M Deo ,
que ipsius est beni-
gnitas , meæ menti
lumina præferente ,
sensi tandem , me pul-
chram illam quidem ,
sed captiuam mulierem , humanam in-
quam sapientiam , adamasse , nihil mihi
fuit potius , quam vt eius caput abrade-
rem , vngues circunciderem , seruilibus-
que totam exuerem vestibus , ex ancilla
denique dominam , quantum in me esset ,
ex Moabitide Israelitem efficerem . Ita-
que animum meum ad memoriam illius
Dauidis dicti , Narrauerunt mibi iniqui
fabulationes , sed non vt lex tua , identi-
dem reuocans , decreui profanorum stu-
diorū vanitate posthabita ad sacrarum
litterarum grauitatem configere , & ijs

A s

relictis

S. G R E G O R I I

N A Z I A N Z E N I T H E O-
L O G I O R A T I O , Q V A

*rationem reddit, cur in Pontum aufugerit,
atq; inde rursus redierit, postquam Pres-
byter creatus est, simulque declarat, quæ,
quantâque sit Sacerdotij professio, & qua-
lem eporteat esse Episcopum.*

VI C T V S sum, & victimum me
esse, fateor, subditus fui D o - Psal 36.
mino & oravi cum: volo enim
beatissimus Dauid dicendi mihi
suppeditet exordium, vel po-
tius is, qui in Dauid locutus
est, atque etiam nunc per eum loquitur, quan-
doquidem is est optimus ordo in omni tum ser-
mone, tum opere instituendo, vt à Deo inci-
pias, & in Deum pariter desinas. Causam au-
tem vel superioris meæ ³ secessionis, & imbe-
cillitatis animi, qua adductus elongaui fugiens,
& mansi procul à vobis tempore non paruo for-
tasse, his quidem, quos nostri desiderium tenet,
vel præsentis mansuetudinis & mutationis con-
silio, qua impulsus iterum me vobis tradidi, alias
aliam suspicetur licet, ac proferat, pro suo quis-
que in nos amore, aut odio, his quidem culpa
me minimè liberantibus, illis verò benignè
etiam recipientibus: nihil enim æquè iucundum
accidit hominibus, atque de alienis rebus teme-

B rè loqui,

SCHOLIA IN S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI APOLOGETICVM.

POST QVAM presbyter creatus est] Ne cui forte in sacris litteris pa- rum exercitato , quibus in primis co- nabor scholis hisce meis , quantum fert ratio mei instituti , consulere , ali- qua iniiciatur dubitatio , dum videt , simul nonnunquam presbyteri , sacerdotis , & Episcopi mentionem fieri , non alienum putauit , statim in ipsa huius luculentissima orationis inscriptione , siue ab ipso auctore , siue ab alio quoquam apposita illa quidem fue- rit , aliqua de his tribus nominibus adnotare . Sciendum est igitur , quamvis Episcopus presbytero , vel Sacerdote vere sit tum dignitate , tum potestate superior , siqui- dem , vt docet S. Hieronymus in epist. ad Euagrium , Presbyter in Episcopo continetur , Episcopus in presby- tero non item ; tamē consueuisse veteres , eosdem Episco- pos , & presbyteros vocare , quia illud , vt ait idē S. Hie- ronymus , est nomen dignitatis , hoc etatis . id cum ex a- liis locis , tum præcipue ex tertio capite prioris epist. ad Tim. & ex primo ad Titum aperte colligitur . neq; ta- men cum audis hic , Nazianzenum presbyterum crea- tum esse , velim existimes , eum tunc Episcopum esse fa- ctum . nam , vt S. testatur Hieronymus , germanus eius discipulus , atq; etiam ex ipsius epistola 36 . ad Grego- riam Nyss. colligitur prius Sasimorum , quam Nazian- zenus Episcopus fuit . Sed Nazianzi Episcopatum eo tempore pater obtinebat , qui iam etate consecutus , cum

Versioni huic trium orationum Sancti Gregorij Nazianzeni, & earundem scholiis, non inesse offensionis periculum, sed ea utile excludi posse, subscribendo attestor. LXXI 1. 8. Kal. Jul.

I. Molanus, Regiae Catholicæ Maiestatis librorum censor.

S V M M A P R I V I L E G I I.

REGIS Catholicæ priuata lege sancitum est, ne quis huc librum, cui titulus est, S. Gregorij Nazianzeni Theologi Orationes tres, à Gabriele Eugubino Latinè redditæ cum eiusdem in easdem scholiis & emendationibus, &c. in hisce Maiestatis sua prouinciis, preter Christophorum Plantinum Architypographum ante sex annos imprimat, aut alibi impressum venum adferat; vt latius patet in diplomate dato Bruxelle, 9. Martij M. D. LXXI.

Signat.

I. de Langhe.